

# Aduentus.

23

tens, sapiens, bonus, dulcis, amabilis, A perfectus, ideo eum diligere debemus & in eo cordialiter delectari: s. propter bona exteriora & interiora nobis à Deo misericorditer concessa, in eod debemus gaudere, & expendere gratiarum actiones, & ab eo postulare ut ijs ad gloriam eius utamur. in sermonib. de temp. a fol. 26. pag. 2. ad fol. 27. pag. 2.

Eiusdem, primus sermo circa Euang. vbi de humilitate loquitur dicitque illam homini esse necessariam quia. I. Virtutum omnium fundamentum est, in quo omnis conuersatio spiritualis & bona fundanda est. II. Directe expellit illud peccatum, quod est omnium vitiorum origo & caput, ac totius damnationis principium, puta superiam. III. Disponit hominem ad omnem spiritualem profectum & gratiam. IV. Per humilitatem meretur homo in omnientatione custodiri a Deo præseruari. V. Per superbiam efficitur homo & Deo & proximis odibilis, ita per humilitatem amabilis, in conuersatione suauis, in moribus portabilis. VI. Per humilitatem merentur homines specialiter a Deo exaudiiri. Ex serm. de temp. fol. 29. a pag. 1. ad 2.

Eiusdem, sermo secundus de eadem de qua supra virtute. Quamvis a Deo infundatur humilitas ad eam tamen nos disponere & in ea proficere possumus. Ad hoc valet consideratio. Primo. Propriæ originis, ex nihilo enim facti sumus & quicquid sumus auct habemus a Deo sumus aut accepimus. Secundo. Propriæ defectuositatis, vilitatis, & impunitatis, quas homo incurrit ex propriâ voluntate. Quarto. Imperfectionis defectuositatis nostra in donis gratiae ac virtutum & bonis operibus. Quinto. Periculositatis & incertitudinis status nostri, sumus enim in hoc seculo tanquam in exilio, laqueis, & periculo externe damnationis. Sexto. Sanctorum illuminatissimorum qui humiliatorem diligenter custodierunt, & omnem relationem ac vanam gloriam degitarunt. Ex serm. de temp. ad fol. 30. pag. 2.

Eiusdem, sermo tertius qui est continuatio præcedentis, ultra ergo præcedentes considerationes has attende. Itaque ad humilitatem valet consideratio. I. Instabilitatis, breuitatis, incertitudinis, atque multiplicitis miserie præsentis vita. II. Bonorum & meliorum, hoc est, virtutum quae in alijs sunt, & eorum qui nos omni perfectione & saecitate transcenderunt & nunc usque transcendunt. III. Infinitæ sapientia Dei atque iustitiae, ut formidemus iudicium eius, scientes quod eum laterè nihil poterit & nihil indiscutibiliter relinquet. Ex serm. de temp. a fol. 30. pag. 2. ad fol. 31. pag. 1.

S. GREGORII MAGNI homilia in Euangelium hodiernum, ad populum in basilica S. Ioannis Bapt. Sabbato B quatuor temporum ante Natalem Christi habita, textum pro more interpretatur, regni Iudæorum desolationem ex multitudine principantium colligit, humilitatem commendat ad penitentiam agendam, & elemosynam largiendam operaque misericordia facienda hortatur. 1. part. hom. hom. 20. in Euang. a col. 57. ad col. 63. Tom 3.

GERRICI ABBATIS sermo, nuntios Aduentus Christi considerat, Christum salutarem & saluarem resalutat, & cum gaudio excipit; deinde hortatur, ut sicut secundo Aduentui occurremus illi, motu & exaltatione corporis, sic & primo occurramus affectu & exultatione cordis; triplicem denique distinguit Aduentum, occultum & humilem, spiritualem, & amabilem, utriusque mediatorem; manifestum & admirabilem in iudicio extremo. serm. 2. de Adu. Dom. pag. 7 & seq.

Eiusdem, serm. in illud Euangelij vox clamantis in deserto, &c. I. gratiam deserteri, & beatitudinem eremi prædicat. II. parandæ via modum tradit, ut sit recta, per correctionem vita: vita enim correcta, recta est via, si impoluta, per castitatem, sit directa per bonam voluntatem, sit plana per mansuetudinis disciplinam, & vita socialis æqualitatem, sit clara & lucida per ductoris & doctoris bona consilia, sic

E